DE VITA,

SCRIPTIS, REBUSQUE GESTIS

FRANCISCI M.Æ TESTÆ

PRIMUM SYRACUSARUM

DEIN MONTISREGALIS PONTIFICIS

COMMENTARIOLUM,

italo ſermone idem redditum,

AUCTORE J. U. D.

SECUNDO SYNESIO,

Abbate Divi Thomæ Pignæ, artium, ac ſcientiarum Academiæ in Regio Taurinenſi Athenæo Socio, aliiſque Academiis adſcripto.

SYRACUSIS MDCCLXXIV.
Ex Typographia D. Franciſci Mariæ Puleii Typographi Magnæ Curiæ Epiſcopalis, & Illuſtriſſimi Senatus,
Publica auctoritate.

JOANNI BAPTISTÆ ALAGONÆ, ET JUSTINIANO,

amplissimo Syracusarum Episcopo, Regique a consiliis.

SECUNDUS SYNESIUS
Felicitatem.

T primum fuisti Syracusanæ Ecclesiæ Sacerdotium consecutus, quum omnes haberent exploratas ingenii tui dotes, & comperta animi consilia, quibus intelligebant, quam impense patriam adamares, quo studio rem sacram, & litterariam foveres, exultare gaudio visi sunt. Jam pridem tuarum virtutum splendor longe lateque

diffusus omnium perstrinxerat oculos, neque summis modo, sed etiam infimis se prodit. Vidimus, quantopere urbis Præfectus, & Magistratum gerentes clarissimi viri, aliiq. Proceres omnes, ac inclytum tuum Canonicorum Collegium, & universi de Clero tam Seculari, quam Regulari de tuo faustissimo adventu gratulati publico sint nomine; quantus omnium ætatum, atque ordinum ad te concursus factus sit, & promiscue effusa omnis generis multitudo, ita ut urbis mœnia, si natura pateretur, sedibus relictis suis obviam tibi prodire cupere viderentur; senes, juvenes, pueri, virgines, & matronæ suum Pastorem, civem suum videre gestientes miram voluptatem, amorem, & observantiam ore, oculis, manibusque ostendebant; nec non Militum agmen, quod te honorifice prosequeba-

tur, & explosa undique parva tormenta; atque igneæ artificiosæ concrepantes machinæ communem lætitiam foras erumpentem indicabant: & merito quidem optimo, nam dignitas hæc duobus, & amplius abhinc sæculis in Cive, & Patricio suo ab Syracusana Ecclesia desiderabatur. Quapropter patere me cum cæteris ad te gratulabundum confidentissime accedere. Ne dedigneter eam obsequentis animi significationem ab homine tibi devinctissimo exiberi, quæ suæ facultatis sit. Noli tenuitatem meam inter tot gratulantium officia, quæ te undique circumstant, contemnere, quandoquidem, si cui justa est de tua dignitate lætandi causa, ea certe justissima mihi est, quem tam humaniter, & benevole apud te excepisti. Quid quid in me est, quantumcumque est, Præsuli meo,

ac Patrono est jure offerendum, cujus ut studiosus aliquando apparerem, nihil antiquius habui. At vide quid tibi offeram, non quis offeram, egregias scilicet immortalis Præsulis tui amicissimi laudes literarum monumentis consignatas, ut magis, ac magis propagentur, Commentariolum de vita, scriptis, rebusque gestis Francisci Testæ summi viri, de hac ipsa Ecclesia tua insigniter meriti. Tu ejus indolem exprimis, & ingenium refers; nobis ejus memoriam quotidie renovas, facisque, ut nostra desideria, quæ in illo expleri haudquaquam potuerunt, in te aliquo tamen modo conquiescant. In sancto religionis cultu tuendo, in fucata pietate penitus delenda, in studiis meliorum litterarum, ac scientiarum excolendis, quibus neglectis obbrutescendum esset, jam te vindicem professus es

ſuis inhærens veſtigiis. Ab ejus norma recte cogitandi, & bene agendi ne latum quidem unguem deflectis, unice ad Dei optimi maximi gloriam ſpectans. Non cujuſque gratia, non metus, non contumeliæ, aut offenſiones ullæ oris, animique tui ſerenitatem turbant, nilque inſtitutæ ſemel vitæ rationem interrumpit, neque judiciorum tuorum religionem unquam impedit, vel pervertit. In omnibus denique laudum ſuarum te præbes æmulatorem. Tu quidem ſanctioris diſciplinæ legibus inſtitutus optime intelligis nihil tantopere tibi convenire, quam mortuum Præſulem revereri, quem viventem mirificè dilexiſti, ejuſque vitam in hac perilluſtri civitate, ampliſſimaque Diœceſi, quam ille tam ſancte, ſapienterque quinquennium temperavit, tamquam exemplar ad imitandum propone-

re. Hoc igitur pro dignitate personæ, quam sustines, deberi tibi munusculum conclamant hujus Ecclesiæ tot ejus beneficiis adauctæ parietes, qui sua adhuc voce, suisque laudibus personant, ac personabunt æternum, & tua conclamat in ejus manes reverentia. Sanctissimam quis ignorat amicitiam tuam cum Francisco Testa, nec non cum Agathino Maria Riggio, & Statella, quem honoris causa nomino, jam Syracusanæ Ecclesiæ Archidiacono, & Vicario Generali, Cephalidensi Episcopo, & Apostolicæ Legatiæ, ac Regiæ Monarchiæ Judice, acerrimi, elegantisque ingenii, summæ religionis, ac sapientiæ viro, qui in omni vita justi, propositique tenax pro virili integerrime jus dixit, tantique te fecerat, quam qui maxime: uno, & altero publico bono natis, in quibus summa erant

omnia. Franciſcus ad religionem, bonaſque literas, & diſciplinas te in ſuo veluti ſinu educavit, & aluit; intra ſanctuarii fines ſuſcepit, ſacris initiavit, Sacerdotem inauguravit; in perilluſtre Canonicorum hujus Eccleſiæ Collegium te adſcivit; fidei Quæſitorem delegit, atque ad Epiſcopatum etiam quaſi manu duxit. Agathinus in principe Panormi urbe ab ſuo latere te divelli nunquam paſſus eſt, atque ita tecum agebat, ac tanta humanitate, ut cum homine nedum ſibi noto, verumetiam ſibi amicitia conjunctiſſimo agere videretur, tibique viam ad honores, quos jure, ac merito es conſecutus, proximam, & veluti compendiariam ſtravit. Spectata enimvero virtus tua eorum animos tantopere tibi devinxit, quemadmodum gratiæ tantum tibi conciliavit, ut nihil ſupra, apud humaniſſimum, &

dignitate Excellentiſſimum Siciliæ Proregem Joannem Folianium, æquum virtutis æſtimatorem, & vindicem. Habes porro in Præſule Franciſco Teſta tamquam Epiſcopalis vitæ Canona, quem omnes imitentur; quamquam ipſe ita te geris in provincia tam gravi, ut aliis exemplo eſſe poſſis. Quid utilius litteratis viris, quam litteratorum vivendi, & ſtudendi rationem intelligere? Quid ſanctis Præſulibus jucundius, quam aureos ſanctorum Præſulum mores tamquam in ſpeculo contemplari? E contra quid erit excogitandum exitii, quid mali, quod non ſit prolapſurum in homines, eo quod nolunt alios agnoſcere, ne ſe ipſos noſcant. Tu vero jam honoris faſtigium in patria tenes, ſuſtines ingens onus, jam in arena es, & expectationi, quæ de te fuit, cumulatiſſime reſpondes. Mirum ſa-

ne est, in ipsis tui regiminis primordiis quomodo potis es tam multa sapienter aggredi, tam feliciter disponere, & disposita perficere ad Ecclesiæ tuæ decus, & præsidium. Video, quam parcus in dicendo esse debeam. Ni tua modestia prohiberet, mihique certo certius esset, nihil tibi ingratius accidere, quam tuarum laudum acroama, epistolam, quam decet, conscriberem longiorem. Recenserem flagrans tuum cujuscumque dissidii inter Diœcesis Ecclesias dirimendi, propagandæque pacis Domini studium sublato intergerino pariete, qui contendentes dividit. Tuam in carminibus pangendis mentis præstantiam, gravem in sacris concionibus eloquentiam, & exquisitam rerum omnium, quas suscepisti administrandas, intelligentiam. Referrem doctorum hominum elogia, quibus exceperunt

primam tuam Paſtoralem Epiſtolam politiori ſtylo, graviſſimiſque ſententiis confertam, & edicta ad optimas Deceſſoris tui celeberrimi Thomæ Marini leges Synodales exarata. Enarrarem incredibilem, qua in Clericorum Seminarium incumbis, vigilantiam, & curam, ex quo jam quiſque animo auguratur futurum (& faxint Superi, quæ tua ſunt vota!) ut in ſpem maximam Eccleſiæ ſuccreſcentes præſtantiſſimi prodeant Divini Verbi præcones, & ſtrenui Evangelicæ doctrinæ propugnatores. Illud tamen ſilentio prætereundum non eſt, quod communi ſermone percrebuit, fauſta omnia, egregia omnia abs te ſperanda. Omitto quidem ſtemmata, & imagines, quibus Mœcenatis genus alii jactare ſolent. Scio profecto, quid ſit de Majorum tuorum gloria, tuæque familiæ claritate dicere, qua ex quo-

cumque latere nihil clarius esse potest. Mitto Justinianos, mitto Blascum, & Arthalem Alagonam nobilissimo apud Aragonienses genere, amplissimisque rebus gestis illustres; & strenuos in primis viros, quorum alteri ab Jacobo, & Federico II. Siciliæ Regibus summa imperii, bellique administrandi permissa fuerat, & alter Regni arbiter erat. Verum, ut recte ait Juvenalis philosophica libertate, & publico Censore digna,

Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo
Censeri sanguine, pictosque ostendere vultus
Majorum, & stantes in Curribus Æmilianos?

Neque tu, in quem unum totius familiæ decora per multos propagata descenderunt, laudibus eges aliunde petitis. Si alii itaque præclara tantum quærunt nomina, quibus thura sacrant, tamquam Diis, ego nomen, & hominem præcla-

rum mihi reperisse videor, cujus splendidissimo nomine veluti scuto tectum meum opusculum auspicato in lucem prodire queat. Secus incommode mecum actum esset, si illud ad alios attulissem, qui lucubrationes litterarias non pluris æstimant, quam quanti moles ipsa æstimanda videtur. Hactenus habes, quo spectaverim. Et ne te morer pluribus, intelligas velim, cur ad te potissimum confugiam. Hæc quum in fidem, & clientelam recipis, tua recipis. Tua enim sunt, quæ tuo foventur patrocinio. Non tibi eruditio, non ingenium ad cognoscendum deest, nec benignitas ad ignoscendum. Nunc te religio arctiore quodam vinculo complexa est, cum in Episcoporum Ordinem te suscepit, suoque jure poscit, ut quæ ad hanc pertinent Ecclesiam, auctoritate tuearis. Vale interim,

& tibi, & nobis vive diu, & Patriæ, & Diœcesis populis, ad quorum salutem, & felicitatem omnes cogitationes contulisti, omnemque operam te navaturum ostendis.

SYRACUSANÆ ECCLESIÆ
CLARISSIMO CANONICORUM COLLEGIO
AUCTOR OPERIS
S. P. D.

D opusculum meum antequam aggrediar, in primis fatear oportet, Clarissimi Viri, tantum animi ad hanc Francisci Testæ jam amantissimi Præsulis vestri vitam in vulgus proferendam mihi futurum, quantum vobis meam de Ecclesia vestra benemerendi voluntatem probari cognovero. Vos interim non tam cogitate, quid valeam, sed quid velim. Nihil porro de veteri Ecclesiæ vestræ splendore vobis detractum volo, sed plurimum etiam additum ad nominis vestri famam, & ad eam, quæ hinc sequitur, immortalitatem, si ejus vir-

tutes enarrandas susceperim, qui pro vobis fuit, non supra vos. Ecclesiæ vestræ, quæ antiquitus inter illustriores semper habita fuit, jura, & decora adeo certa sunt, ut, qui ea revocare in dubium vellet, id perinde agere videretur, ac si trianguli tres angulos demonstrare præsumeret, non esse duobus rectis æquales. Vos in sacrorum Canonum literis Cardinales (a) estis appellati, non ab incardinatione, ut vocant, Ecclesiæ, cui addicti fuistis, sed a majori adhæsione Episcopo, tamquam Cardini Diœcesis, & ab antiquitate, & dignitate Ecclesiæ vestræ, olim Metropolitanæ, quæ prima fuit in hoc Siciliæ Regno a Divo Petro fundata, Divoque Marciano primo Episcopo gubernata. Syracusani Præsules vestri per multum temporis Pallii honorem obtinuerunt; quandoquidem Pallium olim non erat Archiepiscoporum insigne, sed merito personæ, vel Ecclesiæ dignitati defe-

(a) Vide ad calcem pag. XXI.

rebα-

rebatur, ut in vita Guilelmi II. Siciliæ Regis per me vernaculo sermone reddita sapienter adnotavit doctissimus Antistes Franciscus Testa (pag. 175.) . *De summis Præsulum vestrorum laudibus ab incunabulis Ecclesiæ ad hæc usque tempora nulla unquam ætas conticescet. Verum ad Ecclesiæ vestræ gloriam nunquam intermorituram confirmandam satis erit recensere præclara eorum tantum nomina, qui Collegium vestrum in præsentia componunt, Sebastianum M. Landolinam Episcopum Medensem, Archidiaconum, Superiore sede vacante Vicarium Generalem Capitularem, Franciscum M. Aretium Decanum, Francisci Testæ olim Vicarium Generalem, Cajetanum M. Bonannum Cantorem, Vicarium & ipsum Generalem D. Josephi Antonii de Requesens laudatissimi Episcopi nuper vita functi, Thesaurarium Petrum Zappatam, Petrum Scrofanum Canoni-*

corum antiquiorem, piissimi Præsulis Mathei Trigonæ Visitatorem Generalem, Vincentium Montaltum, Josephum Blancum, Josephum Francicam, Joannem Grimaldum, Petrum Montaltum alterum, Dominicum M. Gargallum Abbatem Sancti Philippi, & Jacobi, nunc Vicarium Generalem, mentis, animique magnitudine, probatisque moribus nulli secundum: quorum omnium, splendida & generis, & virtutum, doctrinæ præsertim, ac religionis ornamenta ni videam, cæcus profecto essem; unde incredibilem in tota Diæcesi extimationem vobis comparastis. Ingentem satis erit Divorum vestrorum Civium, & Episcoporum numerum, inter quos Sanctus Stephanus III. Summus Pontifex celebratur, referre, qui Ecclesiæ universæ fastos adauxerunt quammaxime, & illustrarunt. Proh quales, quantosque Divos! de quibus multa dicerem, si

possem ultra crepidam. Satis itaque dixi, ut intelligatis, cur huic operi, in quo optimi Præsulis imago continetur, a vobis suæ vitæ testibus locupletissimis, & consiliariis etiam patrocinium debeatur, nam honos Præsulis suorum est honos Canonicorum. Hoc unum tamen adijciam, judicim vestrum apud me tanti esse, ut in eo conquiescam, & quod vobis probatum erit, omnes homines Christianæ pietati, litterisque deditos facile probaturos.

[a] Quod Canonicorum Decus animadvertit accuratissimus Scriptor S. Joannes a Capistrano super tertium Decretalium de Clericis non residentibus cap. *quia nonnulli num.* 15., ubi recenset Canonicos, qui dicuntur Cardinales, ut Ravennates; de quibus *in cap. cum accessissent supra de Constit:* aliquos etiam Canonicos Ecclesiæ Neapolitanæ, qui dicuntur Cardinales 71. *distin: Fraternitatem*, & aliquos Ecclesiæ Syracusanæ 74. *distin: quorundam*. Idem adnotavit Tul. Capon. *tom.* 3. *discept.* 127. *num.* 9. *Aliqui dici solent Canonici Cardinales, ut Ravennates, Syracusani, & Neapolitani, in quibus inter alios fulget decor Canonicalis dignitatis*, ut id etiam confirmat Summus Ponti-

fex

sex Divus Gregorius Magnus in citato Canone *quorumdam*, cum ad Joannem Episcopum Syracusarum scripsit, *Magnæ benignitatis est, si eum* (nempe Cosimum) *in Ecclesiam, ubi Subdiaconi est functus officio, Sanctitas vestra reducere, atque illic Presbyterum voluerit constituere Cardinalem*; quod explicavit Glossa in fine *dictæ* 71. *distinct: Fraternitatem: Cardinare, seu Cardinalem constituere ita videtur Beatus Gregorius accepisse, ut Canonicam translationem significet*. His ad stipulatur Thomasinus *de beneficiis part:* 1. *lib.* 2. *cap.* 115. *num.* 6. *in fine*.

DIscite Vos . . . .
Quid simus, & quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis *flexus*, & unde

Auli Persii. Sat. III.

SCis etenim justum gemina suspendere lance
Ancipitis libræ, rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel cum fallit pede regula varo,

Auli Persii Sat. IV.

DE VITA, SCRIPTIS,

REBUSQUE GESTIS

FRANCISCI

T E S T Æ,

PRIMUM SYRACUSANI,

DEINDE MONREGALENSIS PONTIFICIS.

Uum immortalis memoriæ Præſul Fanciſcus Maria Teſta ſuos de rebus Federici II. Siciliæ Regis Commentarios per me in Italam tranſlatos linguam typis committendos ineunte Anno MDCCLXXIII. ſuſceperit, quos paullo poſt acerba ejus mors interpellavit, & nunc Prorex noſter ampliſſimus Folianius illos pro ſua in Siculum Regnum, bonaſque literas munificentia ad umbilicum perduci, publicamque in lucem prodire juſſerit, aliquid de Auctoris vita, rebuſque geſtis, & ſcriptis delibare, ac lectoribus in anteceſſum præmittere operæ pretium duxi, ut, ſi non ejus vultus, corporiſque effi-

DELLA VITA, DEGLI SCRITTI, E DE' FATTI DI MONSIGNORE
FRANCESCO TESTA
PRIMA VESCOVO DI SIRACUSA, POI ARCIVESCOVO DI MONREALE.

Vendo Monsignor Francesco Testa d' immortal ricordanza in sul cominciamento dell' Anno 1773. preso l' assunto di dare alle stampe le sue memorie storiche delle cose di Federigo II. Re di Sicilia da me volgarizzate, le quali poco dopo l' acerba di lui morte interruppe, ed ora comandato avendo l' Eccmo nostro Signor Vicerè Marchese Fogliani mercè la sua munificenza verso il Regno di Sicilia, e le buone lettere, che si terminassero, e comparissero alla pubblica luce, ho io riputato pregio dell' opera toccar leggermente alcune cose della vita, de' fatti, e scritti dell' Autore, e premetterle innanzi

 trat-

effigiem ære insculptam proferam, quæ illum ignotis notum faciat, meliorem partem, animi scilicet imaginem consignatam literis, testatam præsentibus, & posteris relinquam.

Franciscus Maria Testa Herbitæ natus est V. id. maii anno nostræ reparatæ salutis MDCCIV. ex inclyta, & pervetusta familia Pisis orta, quæ privatis æque, ac publicis laudibus floruit, quum patrem habuisset Josephum Testam, & Militellium, matrem Elisabetham Falcam. Ejus Pater, vir bonitate morum prope singulari, nihil habuit antiquius, quam ut puer ad avitam familiæ laudem educaretur. Fuit igitur liberali institutus educatione, christiano homine, Patricio, & optimo Cive digna; quum par sit singulas familias, ac liberos, qui eas componunt, iis contineri legibus, quæ totam respiciunt societatem, ac nationem; quandoquidem, si natio aliqua, vel populus suis innititur statutis, iisdem & Civitates, & familiæ, ac soboles adhæreant necesse est, ut hac in re [utinam & in cæteris!] recte, si de catholicis loquamur, ait Auctor operis de spiritu legum (lib. 4. cap. 1. pag. 56. *de l' Esprit des loix*). Quoniam autem Franciscus in lucem venerat in hoc Siciliæ Regno, iis potissimum fuit imbutus præceptis, quæ honestatem, & honoris

stu-

tratto di leggitori; affinchè, se non produrrò l' effigie del suo volto, e del suo corpo in rame scolpita, che noto a chi nol conosce il renda, la parte però sua migliore, vale a dire l' immagine dell' animo io lasci a coloro, che oggi vivono, ed a' posteri scritta, e contestata.

Francesco Maria Testa nacque in Nicosia addì 11. *di Maggio l' anno di nostra reparazione* 1704. *di antica, ed illustre prosapia traente da Pisa l' origine, così nelle private, come nelle pubbliche cose lodata, avendo avuto per Padre Giuseppe Testa, e Melitello, per Madre Elisabetta Falco. Il di lui Genitore, uomo di bontà di costumi quasi singolare, niun' altra cosa più a cuore ebbe, che educare il figliuolo ad onor della famiglia sulle tracce degli avi. Ebbe dunque educazione nobile, e degna d' uomo cristiano, di Patrizio, ed ottimo Cittadino: convenevol cosa essendo, che tutte le famiglie, e i figliuoli, che le compongono, siano con quelle leggi governati, che tutta la società, e Nazione riguardano. Imperciocchè, se una Nazione, o Popolo ha i suoi fondamentali statuti, a' que' medesimi conviene, che le Città, e ogni famiglia, e prole si conformino onninamente, come in ciò,* [*così volesse Dio nel resto!*] *se parliam de' Cattolici, scrisse bene l' Autor dell'*

ope-

ſtudium ingerunt: cujus leges in Monarchia valent plurimum. Pueri omnes ſuapte natura cerei ſunt in vitium, aut virtutem flecti. Si unius deformitas, aut alterius pulchritudo, ut per ætatem licet, illis demonſtretur, ſtatim a vitio abhorrentes, ad virtutem tenellum convertere animum cerneres. Sic Franciſcus cognita virtutis pulchritudine ad religionem, ad bonas literas, ad honeſta quæque ferebatur, inanes nugas, & crepundia faſtidiens. Domi Grammaticorum, ac Rhetorum præceptis leviter quidem imbutus, culpa temporum, una cum germano fratre Alexandro, non antea aureos antiqui Latii auctores cæpit pervolutare, quam eos cognoviſſet ex religioſo exculto viro Pedemontano Magiſtro Paſchale e Carmelitana familia; qui Herbitam forte fortuna advenerat. De Alexandro brevem hic commemorationem quoque facimus non tam propter ejus ſanguinis, quam animi conjunctionem, & ingenii, quod admirabile & ipſe naturæ munere ſortitus fuerat, morumque ſimilitudinem. Qua propter optimus Genitor ratus in domeſtico, & umbratili vitæ genere natorum ingenia, ſuoſq: progreſſus retardari, Franciſcum a prima ætate ad perſequenda Panormi ſtudia, ac juris prudentiam ſibi comparandam miſit, ut po-

opera dello spirito delle leggi lib. 4. cap. 1. pag. 56. de l'Esprit des loix. *Perchè Francesco era alla luce venuto in questo Reame di Sicilia, fu principalmente di quelle massime imbevuto, che l'onestà, e l'amor dell'onore ispirano; le di cui leggi gran forza hanno nel Regno Monarchico. Tutti i giovanetti per lor natura sono, qual molle cera, pieghevoli al vizio, e alla virtù. Se la deformità dell'uno, o la bellezza dell'altra, secondochè l'età permette, venga loro in buon lume posta, e dipinta, tosto dal vizio lontani, e schivi li vedremmo il tenero animo alla virtù rivolgere. Non altramenti Francesco, conosciuta della virtù la vaghezza, era naturalmente inverso la religione, verso le buone lettere, ed ogn' altra onestà cosa portato, da fastidio preso delle vane frascherie, e fanciulleschi trastulli. Nella casa paterna fu nella grammatica, e nella rettorica per infortunio de' tempi insieme col fratello Alessandro leggiermente a dir vero istrutto, nè cominciò a rivolgere gli aurei autori dell' antico Lazio, pria che lume n' avesse da un colto Religioso Piemontese P. Maestro Pasquale Carmelitano, il qual era per avventura in Nicosia capitato. Quì noi facciamo ancora d' Alessandro breve commemorazione, non tanto per la di lui congiunzione del sangue, quan-*

pote quem fori subselliis aptiorem existimabat; Alexandrum vero, quem Clericali militiæ devovendum destinaverat, in disciplinam Messanensis Seminarii, cui præsunt religiosi, & exculti viri e Teatinorum familia, tradendum duxit, ut ea in urbe, quæ fuit olim scientiarum domicilium, & semper ingeniorum foecunda mater est, politioribus literis, philosophicis doctrinis, & illa omnium præstantissima facultate, quæ e cælo delapsa divinos mortalibus recludit sapientiæ thesauros, liberaliter imbueretur. Idque nullo negotio, quum ipsi dicto Patris audientes facerent, quæ vellet. Verum aliter divinitus decretum. Divino namque consilio factum, ut Franciscus in Ecclesia, Alexander in foro splendesceret, alter sacrorum, alter juris minister: sunt utique danda vela, quo quisque natura, seu potius supremi Numinis fertur afflatu.

Franc

to dell' animo, e dell' ingegno, che di tempra maravigliosa anch' esso avea dalla natura avuto in sorte, e per la somiglianza de' costumi. Per la qual cosa l' ottimo Genitore pensando, che in quella domestica, e privata maniera di vita gl' ingegni de' figliuoli, e i loro progressi ritardavansi, sin dalla prima età mandò Francesco in Palermo a continuare i suoi studj, e ad apparar la Giurisprudenza, come quello, che più adatto al Foro riputava. Estimò poi di mandare Alessandro, che e' avea alla chericìa destinato, nel Seminario di Messina sotto la cura de' colti, e religiosi Padri Teatini, affinchè in quella Città, che fu già il ricetto delle scienze, ed è sempre mai feconda madre d' ingegni, nobilmente fusse nelle più pulite lettere, nelle filosofiche dottrine, e in quella sovra ogni altra eccellente facoltà, che dal Cielo venuta a' mortali dischiude i Divini tesori della Sapienza, coltivato. E l' ottenerlo da loro fu agevol cosa: conciossiacchè questi al Padre ubbidienti tutto ciò, che e' volesse, facessero. Ma la Divina Provvidenza avea altramenti disposto. Imperciocchè per disposizione di Domeneddio avvenne, che Francesco nella Chiesa, e Alessandro nel Foro facesse luminosa comparsa. Sono certamente da spiegarsi

le

Franciſcus idcirco, ut divinæ vocationi reſponderet, ad divinas literas, ſacroſque Canones animum adjecit, & jus civile cum Eccleſiaſtica antiquitate amice copulavit ad ſacram juriſprudentiam rite ſibi comparandam Panormi, quæ altera ejus Patria dici poteſt, ſub inſigni viro Canonico Auguſtino Pantò Anteceſſore; ſuiſque ſtudiis perpetuam vitæ integritatem conjunxit. Probe enim noverat, quod ajebat Summus Pontifex Lucius III; leges non dedignatas ſacros Canones imitari, ſacrorumque ſtatuta Canonum Principum adjuvari conſtitutionibus; ideoque Eccleſiam Romanas leges adoptaſſe, ſuumque ad eaſdem compoſuiſſe tribunal, quod jus Romanum Civile tot commentationum fructus fuit illius Populi, qui nactus a natura ingenium ampliſſimo ſuo non impar imperio alios populos omnes virtute, & ſapientia antecelluit; neque victos jugo preſſit ſervitutis, ſed ab immanitate ad honeſtatem revocavit. Inter hæc cum doctiſſimorum hominum ſcripta evolvere Franciſcus cæpiſſet, multaque intellexiſſet

le vele per quel mare, a cui ciascuno è dalla natura trasportato, o per dir meglio ispirato da Dio.

Il perchè Francesco per corrispondere alla divina vocazione si volse diligentemente allo studio delle divine lettere, e de' sacri Canoni, e congiunse il dritto Civile coll' antichità Ecclesiastica in dolce lega ad acquistarsi, come conviene, la giurisprudenza in Palermo, che dir si può un' altra di lui patria, sotto la disciplina del valentuomo Canonico Agostino Pantò; e unì agli studj suoi una continua integrità di vita. Imperciocchè sapeva bene ciò, che diceva il Sommo Pontefice Lucio terzo, che le leggi non isdegnarono imitare i sacri Canoni, e gli statuti de' sacri Canoni sono sostentati dalle costituzioni de' Principi, e la Chiesa ha le Romane leggi adottate, e conformato alle medesime il suo Tribunale, perchè il dritto Romano Civile fu il frutto di tante meditazioni di quel Popolo, il quale sortito avendo dalla natura un' ingegno non inferiore al suo vastissimo impero, superò in valore, e sapienza tutti gli altri popoli; nè i vinti oppresse sotto il giogo della servitù, ma dalla fierezza li richiamò all' umanità. Frattanto avendo cominciato Francesco a rivolgere l' opere de' più dotti

 uomi-

ex Græcis ſcriptoribus deprompta, multa ex antiquitate repetita, in Græciam tota mentis acie, ut ita dicam, navigavit, vetuſque Latium perluſtravit, veteres percurrens hiſtorias; quod ſine antiquitatis cognitione aut nulla, aut rudis, & barbara jurisprudentiæ cognitio eſt. Nil dicam de mirifica ejus in jure ſiculo peritia, & hiſtoria patria, cujus callentiſſimus erat. Quamobrem non miror, quod tum fuerit in ſacris, & civilibus rebus gerundis pietate, & ſapientia nulli ſecundus.

Neque id ſatis habuit. Itinera inſtituit per Italiam non inani tantùm viſendi obiter ſtudio, quo cæteri vulgò ducuntur, ſed ut virorum literis præcellentium jucundiſſimo frueretur colloquio, ac diverſa hominum noſceret ingenia, & ſacram, civilemque prudentiam, nec non reconditiora in omni doctrinæ genere ſibi compararet, prudentis illius Homerici Ulyſſis exemplo permotus,

Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.

Romæ præſertim, Piſis, Senis, Patavii, Florentiæ, Bononiæ, Genuæ, Ferrariæ, Venetiis, & Mediolani apud ampliſſimum Magnum Scribam Franciſcum Perlongum Siculum cum lit-

nomini, e conosciuto, che molte cose eran tratte da' Greci scrittori, e molte dall' antichità ripigliate, navigò con tutta l' acutezza della sua mente, per così dire, in Grecia, e visitò l' antico Lazio, le antiche storie scorrendo, perciocchè senza la cognizione dell' antichità, o niuna v' ha, o rozza, e barbara è la cognizione della giurisprudenza. Niente dirò della maravigliosa sua perizia nel diritto di Sicilia, e nella storia patria, di cui era dottissimo. Per la qual cosa niuna maraviglia mi reca, che poi nel governo delle sacre, e civili cose in pietà, e sapienza non abbia avuto pari.

Nè di ciò fu egli pago. Per l' Italia viaggi intraprese non per vano disio di veder sol di passaggio paesi, onde altri comunemente son tratti, ma per godere del dolcissimo colloquio de' più eccellenti letterati, e per conoscere le diverse indoli degli uomini, ed acquistarsi la sacra, e civil prudenza, e i lumi più ascosi in ogni genere di dottrina a guisa di quel savio Ulisse d' Omero,

Che di molti i costumi, e Città vide.

In Roma principalmente, in Pisa, in Siena, Padova, Firenze, Bologna, Genova, Ferrara, Vinegia, e Milano presso il ragguardevole Gran Cancelliere Francesco Perlungo Siciliano usò

teratissimis viris versatus est. Ipsos sæpe adibat, notabatque omnia, quæ eruditionem juvarent, augerentque. Panormum reversus, quum exterorum amor insitum sanguini amorem, & benevolentiæ nexum erga Patriam, & Gentiles suos, suumque in primis Fratrem amantissimum Alexandrum non imminuisset unquam, aut dissolvisset, domicilium, & studia secum redintegravit. Sacerdos inauguratus ad doctrinam sibi adaugendam, & pietatem verbo, & exemplo in populo promovendam nihil intermisit. Messanam quum diverteretur, ipse, & Frater Alexander in familiaribus erant Archimandritæ Silvii Valentis Gonsagæ, qui fuit postea Cardinalis magni nominis, & auctoritatis in Pontificatu Benedicti XIV. Pontificis verè maximi, atque una secum Heliconios colles, & avia Pieridum loca peragrantes ad eos sacros, & vulgo ignotos fontes, ex quibus omnis elegantia, omnisque humanitas in vitam hominum fluxit, ex veterum Poetarum cantu incredibilem voluptatem hauriebant. Ipsi, qui jam Mathemata, quamvis nemine præeunte, & sola mentis acie penetraverant, hujus disciplinæ difficiliora per sese tanta explicabant perspicuitate, ut Archimandritæ, quem quotidie conveniebant, animum semper admiratione

co' Letterati. Spesso andava a trovarli; ogni lor detto, e fatto notava, onde giovar potesse, o accrescere l' erudizione. Tornato in Palermo, non avendo in lui l' amor degli stranieri raffreddato giammai l' amor naturale del sangue, o rotti i vincoli della benevolenza verso la Patria, i parenti, e specialmente in verso il suo amatissimo fratello Alessandro, ripigliò seco il soggiorno, e gli studj. Promosso al Sacerdozio niente intralasciò per accrescersi il sapere, e promuovere la pietà colle parole, e coll' esempio nel popolo. Quando andava in Messina, egli, e il Fratello Alessandro usavano famigliarmente con l' Archimandrita Silvio Valenti Gonzaga, che fu poi Cardinale d' alto grido, ed autorità nel Pontificato del gran Papa Benedetto XIV; e con esso gli erti colli d' Elicona, e i difficili luoghi delle Muse scorrendo, a que' sacri, e al volgo ignoti fonti, donde ogni eleganza, e gentilezza derivò nella vita degli uomini, dal canto degli antichi Poeti incredibil diletto prendevano. Eglino, che già penetrate aveano, sebbene senza maestro, e colla sola acutezza della mente, le Matematiche, per se stessi con tanta chiarezza le più astruse cose di questa facoltà spiegavano, che di maraviglia ricolmavan sempre l' animo dell' Archiman-

tione complerent. Hinc, quum jam Francisci doctrinæ, & sanctimoniæ fama totam principem Urbem Panormum, & Neapolim pervasisset, brevi factum, ut Regii Administri Josephi Joachim Montalegri solertissimi Ducis de salas consilio, qui perpolitam quamdam legerat publici juris factam ejus narrationem historicam celebritatum, quæ Panormi habitæ sunt, quo tempore Carolus regali redimitus fuit corona, & optimi Regis voluntate in perillustri Canonicorum Panormitanæ Majoris Ecclesiæ collegio fuerit III. Id. Augusti anno MDCCXXXV. cooptatus.

Multi quidem sunt, qui inserviunt Ecclesiæ, sed pauci, qui primos ordines ducant; quemadmodum, quod Græci proverbio dicunt, multi sunt, qui thyrsum ferunt, sed pauci Bacchi. Quanta igitur laude id muneris obiret, testes sunt Canonici ipsi spectatissimi, & Panormitani Cives omnes, in quorum ore versatur. Ipse statim ad tuenda ejus Ecclesiæ jura, qua pollebat, legum peritia elucubravit nervorum plenam dissertationem de jure Capituli conferendi Sede vacante *Vivandas*, aliaque beneficia, quæ ad Archiepiscopi collationem pertinent juxta con-

suc-

mandrita, il quale ogni giorno andavano a visitare. Quindi essendosi già la fama della dottrina, e probità di Francesco sparsa, e diffusa per tutta la Capitale di Palermo, e di Napoli, in breve addivenne, che per consiglio del Regio Ministro Marchese D. Giuseppe Gioacchino Montalegro Duca di Salas perspicacissimo, che letta avea un' elegante di lui relazione Istorica delle feste, che si fecero in Palermo nella incoronazione del Re Carlo, e per volere dell' ottimo Monarca fu fatto Canonico della chiarissima Metropolitana Chiesa di detta Città addì 11. d' Agosto l' anno 1735.

Molti a dir vero ve n' ha, che servono la Chiesa, ma pochi, che tra primi si facciano scorta altrui: siccome secondo il proverbio de' Greci sonvi molti, che portano il tirso, ma pochi Bacchi. Con quanta laude adunque questa carica e' sostenesse, ne son testimonj gli stessi chiarissimi Canonici, e tutti i Cittadini di Palermo, che sempre di lui ragionano. Egli tosto per difendere i dritti di essa Chiesa con quella perizia delle leggi, in cui assai valeva, compose un efficace, e robusta dissertazione del diritto del Capitolo di conferire nella Sede vacante i benefizj de' Vivandieri, ed altri, che di collazione sono

 dell'

suetudinem Sexagesimam octavam ipsius Urbis, ediditque Panormi anno MDCCXXXVI. ex typographia Regalis Collegii Borbonici Nobilium apud Antoninum Gramignani. Fuit anno MDCCXXXVII. 8. cal. Octobris electus Judex Ecclesiasticus Aulæ Concistorialis, & ex Visitatoribus unus in prima visitatione Panormi, & Diœcesis facta ab Clarissimo Archiepiscopo Dominico Rubeo. Interim, si Alexander ejus Frater, quem vel æmuli, quanta felicitate in Foro utramque paginam faceret, suspiciebant, breviloquentia delectabatur, quæ sine pigmentis, sine involucris, & salebris influeret in aures, animosque auditorum, Franciscus & ipse nitido utebatur dicendi genere, presso, simplici, & gravi: quam gravitatem a simplicitate minimè sejunctam in Platonis, Xenophontis, & Herodoti libris admiratus est Demetrius Phaleræus, seu potius Alexandrinus, Theophrasti discipulus, & Dionysius Longinus. Hanc ejus sermonis vim, virtutemque litteraria Respublica statim dilaudavit, ac in lucem prodiere Capitula Regni Siciliæ, quæ ad illam diem lata sunt, edita Panormi typis Angeli Felicellæ anno MDCCXLI. Eruditam in

pri-

dell' Arcivescovo secondo la consuetudine sessantesima ottava della stessa Città, e la pubblicò in Palermo l' anno 1736. per le stampe del Real Collegio Borbonico de' Nobili presso Antonino Gramignani. Fu pure l' anno 1737. addì 24. di Settembre eletto Giudice Ecclesiastico del Concistoro, ed uno de' Visitatori nella prima sacra visita, che fece il chiarissimo Arcivescovo Monsignor Domenico Rossi, della Città, e Diocesi di Palermo. Frattanto, se il di lui Fratello Alessandro, che fin gli Emoli ammiravano, quanto felicemente nel Foro reggeva a suo senno le cose, dilettavasi del parlar breve, e conciso, che senza liscio, e belletto, senza raggiri, ed asprezze scorreva negli orecchi, e nell' animo degli uditori, Francesco anch' esso usava una maniera di dire tersa, stringata, semplice, e grave: la qual gravità colla semplicità congiunta ne' libri di Platone, Senofonte, ed Erodoto ammirò Demetrio Falereo, o per me' dire Alessandrino, discepolo di Teofrasto, e Dionigi Longino. Questa di lui forza, e virtù di scrivere lodò sommamente la Repubblica delle lettere, tosto che uscirono alla pubblica luce i Capitoli del Regno di Sicilia, che si promulgarono fino a quel dì, in Palermo per le stampe d' Angelo Felicella l' anno 1741.

primo tomo lector habes Auctoris præfationem ad cupidam Sicularum legum juventutem, ac unam & alteram de ortu, & progressu Juris Siculi, & de Magistratibus Siculis luculentam ejus dissertationem. Honorifica commemoratione digni sunt breves sermones italici de Ecclesiastici viri dignitate, officio, & statu, quos ad Clerum exercitiis spiritualibus vacantem direxit, ediditque Panormi anno MDCCXLIII. typis Francisci Valentiæ. In iis germanæ sacræ eloquentiæ candor, & pietas mirum in modum elucescunt.

Quo tempore uti Canonicus inter Deputatos publicæ saluti tuendæ fuit adscriptus, italicam exaravit narrationem historicam pestilentiæ, quæ Messanam anno MDCCXLIII. invaserat, ad optimas historiæ leges, ediditque in vulgus una cum edictis, instructionibus, & actis publicis ad rem pertinentibus Panormi typis Angeli Felicellæ anno MDCCXLV. Quæ narratio quanti facienda sit, plura ostendunt literatorum hominum judicia, inter quos Canonicus Franciscus Albitius, Eruditissimus Pisanæ Academiæ juris Canonici Antecessor, Græcis, latinisque literis perpolitus sua Epistola ad me data cal. Februarii superiore anno illam summis laudibus est

pro-

Hai nel primo tomo, o Lettore, un' erudita prefazione dell' Autore alla Gioventù disiosa delle leggi di Sicilia, e due pulite dissertazioni dell' origine, e avanzamento del dritto Siciliano, e de' suoi Magistrati. Di orrevole commemorazione degni sono i brevi ragionamenti, che e' fece in volgar lingua sopra la dignità, stato, e doveri degli Ecclesiastici, indrizzati al Clero in occasione degli esercizj spirituali, e stampati in Palermo l' anno 1743. presso Francesco Valenza. In essi traluce mirabilmente il candore della vera sacra eloquenza, e la pietà.

Nel tempo, che come Canonico fu tra' Deputati della pubblica sanità ascritto, compose in volgar lingua la descrizione della Peste, che invase la Città di Messina l' anno 1743. secondo l' ottime leggi della storia, e la pubblicò cogli editti, istruzioni, ed atti pubblici al proposito appartenenti in Palermo per le stampe d' Angelo Felicella l' anno 1745. La quale descrizione in quanto pregio aver si debba, molti giudizj de' letterati il dimostrano, tra' quali il Canonico Francesco degli Albizi eruditissimo Professore di dritto Canonico nell' Accademia di Pisa, e assai colto nelle Greche, e Latine lettere in una sua pistola a me diretta al primo di Febbrajo

dell'

profecutus, atque teftatus ab infigni, doctiffimoque viro ejufdem Academiæ Aftronomo, & Phyfico Thoma Perellio propter nervofam, nitidamque fcribendi rationem, & phyficam doctrinam, tamquam opus vere laudabile magno in pretio habitam, adeoque commendatam, ut nihil omnino fit, quod requiri amplius poffe videatur. Hæc ingenii fui excultiffimi monumenta Refpublica literaria tanta admiratione excepit, ut nemini dubium effet, Francifcum brevi in altiorem dignitatis gradum collocatum iri. Hæc fuerunt, quæ ad ejus obfervantiam doctos omnes, & Principes Panormi viros alliciebant. Hinc eveniffe arbitror, ut ii certatim ejus neceffitudinem, & amicitiam fummopere expeterent, inter quos potiffimum acutæ naris vir Princeps Aragoniæ ex inclyta Nafelli Familia. Hic antequam fummis fplendidiffimæ Regiæ Neapolis Aulæ muneribus fungeretur, quotidie Panormi pomeridianis horis eum conveniebat, & e chori fubfellio, obitis officiis, fecum una in currum ad prodeambulandum excipiebat, ut fapientiffimo fuo frueretur colloquio. Idem ipfe Francifci doctrina, & probitate permotus, dum auguftiffimi Caroli Neapolis, & Siciliæ Regis, antequam Hifpaniarum Regna adiret, lateri adhærebat, in

cau-

dell' anno scorso, l' ha sommamente encomiata, e m' ha fatta testimonianza, che dal famoso, e dottissimo Astronomo, e Fisico della stessa Accademia Tommaso Perelli è in grande estimazione tenuta pel nerboruto, e pulito stile, e fisica dottrina, come opera veramente degna di lode, e tanto esaltata, che niente affatto vi sia, che sembri potersi desiderar di più. Questi monumenti del suo coltissimo ingegno stati sono dalla Repubblica letteraria con tanta ammirazione ricevuti, che niuno più dubitava, non fusse Francesco fra breve per essere a più sublime dignità innalzato. Questi monumenti furono quelli, che soavemente traeano tutti i dotti, e gran Signori di Palermo all' osservanza, e stima di lui. Quinci io reputo essere addivenuto, che essi a gara ardentemente bramassero la sua famigliarità, ed amicizia: tra' quali particolarmente fu il Principe d' Aragona dell' inclita Famiglia Naselli, uomo di spirito penetrante. Questi pria d' occupare i primi gradi nella splendidissima Real Corte di Napoli, ogni giorno in Palermo dopo pranzo andava a trovarlo, e dallo scanno Corale, terminato il Vespro, seco in carrozza il recava fuori al passeggio per godere de' suoi sapientissimi ragionamenti. Questo Principe istesso mosso dalla dottrina,

caussa fuit, cur Rex ille litterarum, & litteratorum æstimator, & moecenas tantum virum & beneficiis, & honoribus cumulasset. Jam porro Franciscus Supremæ Siculæ Inquisitionis Promotor Fiscalis eligitur anno MDCCXLIV. Vicarius Generalis Capitularis Panormitanæ majoris Ecclesiæ, in qua jam erat Examinator Synodalis, in ejus viduitate 5. Id. Julii anno MDCCXLVII. destinatur. Qua in Sparta adornanda, quamquam novis rebus ut plurimum studeant homines, nihil tamen novandum ratus veterem retinuit disciplinam, sapienterque ita se gessit, ut aliis exemplo esse potuerit. Verum ampliores eum manent dignitates.

Anno MDCCXLVIII. Syracusarum Episcopus decernitur, & inauguratur. Quæ in ista perillustri Ecclesia, amplissimaque Dioecesi præclare gesserit, publica exstant monumenta. Majoris templi frontis superiorem partem complevit. En testimonium inscriptionis lapideæ ab Collegio Canonicorum in hanc sententiam positæ.

e probità di Francesco; mentre e' stavasi al fianco dell' Augustissimo Carlo Re di Napoli, e Sicilia, pria che passasse al governo delle Spagne, fu l' Autore, e la cagione, che quel Sovrano, grande estimatore, e Mecenate delle lettere, e de' Letterati, ricolmasse un tant' uomo d' onori, e benefizj. In fatti già è Francesco eletto Promotore Fiscale della Suprema Inquisizione di Sicilia l' anno 1744. *Si destina Vicario Generale Capitolare della Chiesa Cattedrale di Palermo, in cui era dianzi esaminator Sinodale, in sede vacante addì* 11. *di Luglio l' anno* 1747. *Il quale officio a bene amministrare, comechè il più delle volte gli uomini siano da vaghezza di novità tratti, egli però pensando nulla doversi innovare, conservò l' antica disciplina, e con tanto senno diportossi, che potè essere d' esempio altrui. Ma più ragguardevoli dignità l' aspettano.*

L' anno 1748. *è fatto, e consecrato Vescovo di Siracusa. Delle cose, che egregiamente, e sapientemente operò in questa assai illustre Chiesa, e vastissima Diocesi, vi sono pubblici monumenti. Egli a finimento, e perfezione recò la parte superiore della facciata della Cattedrale: eccone il testimonio dell' iscrizione lapidea posta dal Capitolo di questo tenore.*

Memoriæ optimorum Antistitum
Thomæ Marini, & Francisci Testæ,
quod primus templi frontem hucusque excitaverit,
alter perfecerit, & ornaverit,
Collegium Canonicorum posuit an. MDCCLIV.

sermone expositam, & una cum meo in eam rem Dramatico carmine editam voluit typis Petri Bentivenga anno MDCCLXII. Silentio haudquaquam prætereunda est ejus latina oratio de laudibus Excellentissimi Proregis nostri Joannis Folianii, quum ei prorogatum fuisset Siciliæ imperium, recitata in Accademico conventu a Philippo Nicosia Parisio Collegii nobilium Convictore, & edita sine nomine Auctoris Panormi anno MDCCLVIII., & altera ejus latina oratio recitata ab Stephano Oneto Miliaccio nobili ejusdem Collegii Convictore ad celebrandas Regales nuptias Augustissimi Ferdinandi Regis nostri, & Carolinæ Austriacæ Reginæ optimæ edita cum italis, latinis, & græcis carminibus typis Cajetani Mariæ Bentivenga anno MDCCLXVIII., in litteraria Florentina ephemeride summopere commendata eodem anno colum: 679. quemadmodum Homilia italo sermone ab eo conscripta de laudibus Beati Bernardi ex ordine Capuccinorum a Corileone suæ Dioecesis vertente anno MDCCLXXIII. edita per eumdem Typographum. Verum non dictis, non oratione magis, quam vita, & factis loquebatur: quod pulcherrimum, & verissimum est dicendi genus.

Ru-

lennità, la quale volle, che da me stesa fusse in volgar lingua, e divolgata in un col mio componimento Drammatico sopra lo stesso argomento per le stampe di Pietro Bentivenga l' anno 1762. Non è da trapassarsi sotto silenzio la di lui orazione latina in lode del nostro Eccellentissimo Signor Vicerè Giovanni Fogliani, composta in occasione, che gli fu prorogato il governo del Regno della Sicilia, recitata nell' Accademica radunanza da Filippo Nicosia Parisi, Convittore del Collegio de' Nobili, e stampata senza nome dell' Autore in Palermo l' anno 1758., e l' altra di lui Orazione latina da Stefano Oneto Miliaccio, nobile Convittore dello stesso Collegio recitata per celebrare le Reali nozze dell' augustissimo Re nostro Ferdinando, e di Carolina Austriaca ottima Reina pubblicata con varj componimenti poetici Italiani, Latini, e Greci per le stampe di Gaetano Maria Bentivenga l' anno 1768; siccome l' Omelia italiana da lui composta in laude del Beato Bernardo dell' ordine de' Cappuccini di Corleone sua Diocesi, e l' anno 1773. data alla luce per lo stesso stampatore. Ma non co' detti, e col sermone più, che colla vita, e co' fatti parlava: che è il più bello, e verace genere del dire.

In

Rudem plebem, & tenellam ætatem esuriali tempore fidei rudimentis ipsemet imbuebat. Neque in iis tradendis suam tantum præstitit operam, sed etiam celebratissimam illam vernaculo sermone edidit catechesim, jam ter typis impressam, cui ad Clerum, Populumque suum erudiendum frugiferam præmisit epistolam. Quam bene, sapienterque hac in re Præsul noster desudaverit, satis aperte expressit in aureo opere de claris Catechistis Doctissimus Andreas Seraus. Idem dicendum de documentis, & monitis, quæ pertinent ad matrimonii sacramentum, & Christiano homine dignam liberorum educationem editis anno MDCCLXVII. Præibat omnibus, ut Præsulem decet, intaminata vitæ innocentia, consilio, & doctrina. Pro sollicita christianæ Religionis cura, & intenso, quo flagrabat, ecclesiasticæ institutionis studio, quum veterum Exemplarium editionem officiorum suæ Diœcesis peculiarium instaurandam curasset, latina ad Clerum Epistola, vere aurea, monita quædam tam opportuna tradidit de recta Divini officii recitandi ratione tertio edita anno MDCCLXV; ut nil sit congruum magis ad bonam cleri frugem, & Supremi Numinis laudem. Jam anno MDCCLVI.

In tempo di quaresima ei medesimo istruiva la rozza plebe, e la tenera età ne' rudimenti della fede. Nè l' opera sua prestò solamente nell' insegnare questi principj, ma pubblicò ancora quel celebratissimo Catechismo nel patrio idiotismo stampato già la terza volta, cui premise ad erudire il suo Clero, e Popolo una lettera pastorale molto profittevole. Quanto bene, e sapientemente in ciò il Prelato nostro siasi affaticato, bastevolmente a chiare note l' espresse nel suo aureo libro degl' illustri Catechisti il dottissimo Andrea Serrao. Non altramenti è da dirsi delle di lui Istruzioni sopra il Sacramento del matrimonio, e l' educazione de' figliuoli degni d' uomo Cristiano stampate l' anno 1767. E' precedeva tutti in purità, ed innocenza di vita, in consiglio, e dottrina, come a Prelato s' aspetta. Per la sollecita cura, che e' avea della religione Cristiana, e per l' intenso amore, che accendevalo, dell' Ecclesiastica istituzione, curando, che fusse ristampata l' edizione degli antichi esemplari degli officj particolari della sua Diocesi, diede con una lettera latina veramente aurea al Clero diretta alcuni sì opportuni avvertimenti della retta maniera di recitare il Divino officio, stampati la terza volta nell' an-

 no

manualem item librum ediderat in usum Confessariorum Monregalensis Dioecesis, in quo optima quæque ad rem collegerat ex Rituali Romano, ex Synodo Dioecesana Cardinalis Montalti, ex Divo Carolo Borromæo, & Divo Francisco Salesio, ex Pontificum Constitutionibus, & Sacræ Congregationis Sancti officii decretis, ex veteri Ecclesiæ disciplina, & monitis Cardinalis Cosmi de Torres Montisregalis Archiepiscopi: cui libro pastoralem suam attexuit epistolam ad Confessarios maximi ponderis, & momenti. Hæc omnia quum faceret, quæ aliis Præsulibus communia sunt, ita tamen pro animi sui virtute faciebat, ut communia statim esse desinerent, ejusque propria viderentur. Ego non ejus fortunam, quicum tot annos vixi, admiratus sum, sed singularem ordinem, ingenii magnitudinem, rerum gerendarum experientiam, constantiam vitæ, ac quoque mortuum perpetuo colam.

Observantiam pariter suam, gratumque animum erga beneficentissimum Ecclesiæ Mon-

no 1765.; che nulla v' ha di più dicevole alla buona disciplina del Clero, e alla gloria del Supremo Signore. Già nell' anno 1756. dato avea similmente alla pubblica luce il libro manuale ad uso de' Confessori della Diocesi di Monreale, nel quale tutto l' ottimo, che al proposito tornava, avea raccolto dal Ritual Romano, dal Sinodo Diocesano del Cardinal Montalto, da S. Carlo Borromeo, da S. Francesco di Sales, dalle costituzioni de' Pontefici, da' Decreti della Sacra Congregazione del S. Officio, dall' antica disciplina della Chiesa, e dagli avvertimenti del Cardinal Cosmo de Torres, Arcivescovo di Monreale: al qual libro aggiunse una sua pastorale, ai Confessori diretta, di gran peso, e momento. Tutte queste cose facendo, che comuni sono agli altri Prelati, così però per quella virtù, ond' era fornito, le facea, che cessavan tosto d' esser comuni, e sue proprie sembravano. Io non ho ammirato già la di lui fortuna, con cui vissi tant' anni, ma il singolar modo di operare sì ben ordinato, la grandezza della mente, l' esperienza delle cose, la costanza della vita, e dopo morte ancora l' avrò in perpetua venerazione.

Lasciò altresì un chiaro testimonio della sua

regalensis fundatorem Guilelmum cognomento bonum secundum hoc nomine Siciliæ Regem literarum monumento marmoribus, æreque perenniore luculenter testatus est, suis videlicet de ejusdem Regis vita, & rebus gestis quatuor libris editis Monteregali ex typographia Cajetani Mariæ Bentivenga anno MDCCLXIX. Latine, & recte quidem, hos libros conscripsit, propterea quod latina lingua latius patet; verum, ut communem suorum captum non excederent, per me in Italam translatos voluit. Argumentum hujusmodi intactum illi, & vacuum decessores sui reliquerunt. An ipse ad unguem, & ad historiæ, & critices leges illud pertractaverit, & exhauserit, jam litterati homines judicarunt, & litterariæ Ephemerides testantur, Florentinæ potissimum doctissimi Joannis Lamii, qui tum in vivis erat, & Eberodunenses, quæ de litteratura Europea judicant. Quid igitur mirum, si tantæ doctrinæ, atque integritatis vir, tantique consilii in totius Regni conventu primas merito habuit anno MDCCLXII., ac deinceps inter XII. Viros Regni Curatores deputatus fuit, & Administer delectus in alio Regio Magistratu cavente, nequid contra leges, vel usus, vel

opti-

sua osservanza, e gratitudine verso il beneficentissimo Fondatore della Chiesa di Monreale Guglielmo II. Re di Sicilia per soprannome il Buono col monumento delle lettere più durevole de' marmi, e bronzi, vale a dire co' suoi quattro libri della vita, e de' fatti dello stesso Re pubblicati in Monreale per le stampe di Gaetano Maria Bentivenga l' anno 1769. Scrisse, e bene veramente, in lingua latina questi libri, perciocchè la lingua latina a più lontano confine s' estende; ma poi, affinchè non superassero la comune capacità de' suoi, volle, che da me fussero volgarizzati. Un sì fatto argomento gli fu da' suoi Antecessori lasciato intatto, e voto. Se egli a perfezione, e secondo le leggi della storia, e della critica trattato l' abbia, ed esausto, già i letterati ne furon giudici, e fede ne fanno i giornali letterarj, massimamente di Firenze del dottissimo Giovanni Lami, che allor vivea, e quelli d' Yverdon, che danno giudizio della letteratura Europea. Qual maraviglia adunque, se un uomo di tanta dottrina, e integrità, di tanto consiglio fornito meritò esser Capo del Parlamento del Regno l' anno 1762; e di poi uno de' dodeci suoi deputati, ed eletto ministro in altro Regio Magistrato, il quale veglia, affinchè

nul-

optimam institutionem in rempublicam irrepat. Ille autem in tanta dignitate compositam semper, facilemque naturam præ se tulit, perpetuam retinuit vitæ continentiam, eamdem intelligendi celeritatem, decernendi consilium, & agendi inter tot curas industriam. Omnibus Pontificis, & Principis officiis, pietatis functionibus, litterariis lucubrationibus, reipublicæ administrationi vacabat. Rigidæ disciplinæ vir, in se severus, comis in alios, corpus sine arbitris afflictabat suum. Jam enim ab ineunte adolescentia assueverat humi cubare in cinere, & cilicio. Urbanitatem, ut stoici rectissimè arbitrabantur, putabat esse virtutem; ideoque haud rusticam, vel sordidam sanctitatem colebat, ita ut Divorum Antistitum Francisci Salesii, & Caroli Borromæi vivam referret imaginem. Vetustæ frugalitatis laudator, & cultor, qui molitiem, & delicias profanis sæculi hominibus exprobrabat, qui aulæa, & elegantiam ab suis ædibus amandaverat, in domo tamen Dei, in sacra supellectile, in Sacerdotalibus, & Pontificalibus indumentis, quibus etiam Ecclesiam suam locupletavit, omnem munditiem, luxum, & decora omnia, quæ religioni congruunt, exoptabat quamma-

ximè

nulla nascosamente s' introduca contra le leggi, gli usi, e l' ottima educazione. Egli però in tanta dignità mostrò sempre fuori di se moderata, e dolce natura, serbò perpetua continenza di vita, l' istessa prestezza di intendere, consiglio di risolvere, ed industria di operare in mezzo a tante cure. Attendeva a tutti gli officj di Vescovo, e di Principe, alle funzioni di pietà, a letterarie fatiche, e all' amministrazione delle cose pubbliche. Uomo di rigida disciplina, contro di se severo, cortese in verso altrui, secretamente aspro governo del suo corpo faceva. Imperciocchè già fin dal principio di sua giovanezza eràsi avvezzato a dormire sulla nuda terra in cenere, e cilicio. L' urbanità, come pensavano dirittamente gli Stoici, riputava, che fusse virtù, e perciò coltivava santità di vita, non rustica, nè sordida per modo, che rappresentava in se viva l' immagine de' Santi Vescovi Francesco di Sales, e Carlo Borromeo. Dell' antica frugalità egli lodatore, e coltivatore insieme, che la mollezza, e le delizie a' profani uomini del secolo rimproverava, che le tappezzerie, e l' eleganza da' suoi appartamenti avea allontanata, nella casa però del Signore, ne' sacri arredi, ne' vestimenti Sacerdotali, e Pontificali, de' quali an-

ximè; ita ut quidquid supremo Numini sacrum erat, argento, auro, gemmisque fulgere videretur: et rectè quidem fatentibus omnibus, nusquam melius, quam in Dei cultu, opes collocari. In populis siquidem, qui specie rerum ducuntur, hoc etiam pacto Divinæ Maestatis, Sacrorumque idea est alte figenda. Interim & fratres nostros, & sorores nostras, viva Christi templa, alebat, pannosos vestiebat, neque frigore, siti, fameque, non dicam, contabescere unquam, sed ne laborare quidem patiebatur, mulieribusque ærumnosis, puellisque periclitantibus ad victum sibi comparandum, suamque coercendam licentiam præla dabat textoria; ut domi continerentur, & corpus defatigaretur. Neque id solum in tota sua Dioecesi præstabat, verum etiam pauperibus Syracusanæ primæ suæ Ecclesiæ, & Panormitanæ Principis urbis stipis ex ære suo distribuendæ satagebat. Suis verò in ædibus, quas pariter cubiculis adauxit, non ad ostentationem amplitudinis, sed ad familiares, & hospites excipiendos, nihil de vetusta structura, nisi qua rimas agebant, vel fatiscebant, commutavit.

Ad

li anche arricchì la sua Chiesa, tutta la pulitezza, il lusso, e gli ornamenti tutti, che alla religione convengono, desiderava oltre modo; tanto che tutto ciò, che sacro era al supremo Signore, vedevasi d' argento, d' oro, e di gemme risplendere: e a buona equità invero, confessando tutti non potersi in niun luogo meglio collocare le ricchezze, che nel culto Divino. Poichè ne' popoli, che dall' apparenza delle cose son tratti, anche in questo modo deesi altamente l' idea della Maestà Divina, e delle cose sacre imprimere. Frattanto e i fratelli nostri, e le nostre sorelle, che sono vivi tempj di Cristo, alimentava, i cenciosi vestiva, nè soffriva giammai, che di freddo, di sete, e di fame, non dirò, si consumassero, ma neppur patissero, ed alle povere donne, e donzelle pericolanti somministrava telai da tessere a procacciarsi il vitto, ed a reprimere la natia licenza, affinchè si contenessero in casa, e il corpo s' affaticasse. Nè ciò solo faceva in tutta la sua Diocesi, ma attendeva ancora a far distribuire del suo l' elemosina a' poveri della prima sua Chiesa di Siracusa, e della Capitale di Palermo. Ne' suoi appartamenti, che pur di camere accrebbe, non ad ostentarne l' ampiezza, ma ad alloggiare i suoi domestici, ed ospiti, nulla

Ad mensam nullum invitare ferme solebat, sed libenter, comiterque adventantes excipiebat. Si parum lautus erat apparatus, boni consulite, ajebat: animus certe est lautissimus. Frugibus ipse delectabatur, ex aliis escis aliquid leviter delibabat; toto vitæ tempore frigida usus est, & raro post epulas modico vino, ac postremis diebus propter languescentem stomachum. Cum lætis ad jucundiora deflectebat, cum moerentibus submestum, & sollicitum vultum & ipse sumebat. Sacerdotium inter, & Imperium, quæ coire debent, concordiam fovit, utpote qui rerum Divinarum, humanarumque vere sapiens erat. Quæ sunt Cæsaris, reddebat Cæsari, quæ sunt Dei, Deo, æque summo Pontifici carus, ac Regi; propterea quod cavens, ne unum offenderet, ut alteri placeret, invigilabat, ut omnia sua ad utriusque leges, & sensum congruerent, uti honorificæ Pontificum, Regum, Cardinalium ad eum missæ epistolæ testantur. Jactet qui velit, Ulyssis armis, quam Ajacis felicius ad Trojam pugnatum, & quam ad honores con-

tendi

la rinnovellò dell' antica struttura, se non là, dove pelo facevano, o minacciavan rovina.

Alla sua tavola non soleva per lo più invitare alcuna persona, ma di buon grado, e gentilmente i vegnenti accoglieva, e se poco lauto era il corredo, contentatevene [diceva loro]: l' animo certamente è lautissimo. Egli dilettavasi di frutta, e l' altre vivande leggermente assaggiava; usò di bere acqua in tutto il tempo, che visse, e rade volte dopo il cibo gustò poco vino, e negli ultimi giorni per lo stomaco infievolito. Colle persone liete alle più gioconde cose volgevasi, co' mesti alquanto malinconoso, e sollecito aspetto prendeva. Nodrì concorde amistà fra il Sacerdozio, e l' impero, che deono andar collegati, come colui, che le cose Divine, ed umane sapeva veramente. Rendeva a Cesare ciò, che era di Cesare, e a Dio ciò, che era di Dio, caro egualmente al Papa, che al Re; imperciocchè guardandosi di non offender l' uno per piacere all' altro, attento stava, che tutte le sue cose conformi fossero alle leggi, e al sentimento d' entrambi, siccome ne fan fede l' onorevoli lettere de' Pontefici, de' Re, e Cardinali a lui scritte. Vanti chi vuole a sua posta d' essersi combattuto sotto Troja più fortunamente coll' armi di Ulisse, che d'

tendi virtute nequitum eſt, clam tendendam eſſe plagam. Ipſe ab omni fallaciloquentia, & hiſce artibus liberali homine, & ſacrorum Præſide indignis tamquam a ſcopulo quodam abhorrebat; neque proprium ſacræ prudentiæ munus arbitrabatur, ut gratiam ſibi captaret, os ſublinire offuciis, verſoriam capere, vel mutare velificationem. Hæc humanæ politices præſidia, ſi quæ ſint, nullo non tempore eſt deteſtatus, in ſola defixus veritate, qua nihil prius habuit, & antiquius. Nil aggrediebatur temere. Totus ad Dei gloriam, ſuæque Eccleſiæ ſplendorem magis magiſque ſpectabat, & ardentiore quidem ſtudio, quo minus vitæ ſibi reſtare præſentiebat. Ideo majoris templi periſtylum vetuſtate nuper collapſum opere marmoreo, levigatiſque columnis reficiendum ſuſcepit, quod opus inchoatum fato interceptus reliquit. Statis ſemper diebus oratum Numen Eccleſias adibat; ad Seminarium frequenter accedebat, alumnos ad ſe vocabat, ut ſtudiorum, morumque rationes exigeret, cuncta inveſtigaret, prævideret. Tantopere in eo ſibi pla-

Ajace, e quando non s' è potuto poggiare colla virtù agli onori, doversi la rete tendere di nascosto. Egli da ogni discorso ingannevole, e da questi artifizj d' uomo bennato, e di Vescovo indegni, quasi da scoglio, fuggiva, nè officio proprio della ecclesiastica prudenza riputava mostrar lucciole per lanterne ad accattarsi grazia, nè prender il vento, come spirava, o mutar navigazione. Questi, se pur tali sono, ajuti dell' umana politica ha sempre mai avuto in abbominazione, ed orrore, costante, e fermo nella sola verità, della quale niuna cosa ebbe più in pregio, e cara. Nulla intraprendeva inconsideratamente. Tutto inteso era alla gloria di Dio, e al decoro della sua Chiesa sempre più, e con maggior vivezza di spirito, quanto meno di vita antivedeva restargli. Epperò il porticale del suo Tempio maggiore per lunga età poco innanzi rovinato intraprese a ristorare di fino marmo, e di pulite colonne: la quale opera dalla morte sorpreso lasciò incominciata. Ne' giorni stabiliti andava sempre a pregare il Signore Iddio nelle Chiese; spesso si portava al Seminario, chiamava a se gli alunni per chieder ragione, e conto degli studj, e de' costumi loro, per investigare, e prevedere ogni cosa. Tanto diletto nel suo semi-

cebat, ut, antequam lætali morbo corriperetur, qui postea eum e vivis sustulit, exquisitam suam Bibliothecam ad illius commodum ab Pii Ferdinandi Regis clementia relinquendam efflagitaverit.

Publico & Civium commodo, & Urbis ornamento studebat. Veneri, quam dicunt, viam reficiendam, protrahendam longius, arboribus hinc inde dispositis contegendam, alteram satis latam, ex adverso positam, quæ Panormum ducit, sternendam in aspero monte, arboribus item ad normæ rigorem consitis, marmoreis fontibus, simulacris, & inscriptionibus ornandam ad elegantiam maximis curavit impensis. Per longos viarum anfractus aquas, quæ desiderabantur, in superiori urbis parte deductas voluit, & sic puellarum honestati, quæ ad inferiora loca, aquatum ibant, optime consultum. Si tibi, lector, contemplari lubet compendiariam corporis imaginem, ejusque lineamenta, procera statura, ampla fronte, vividis, & loquentibus oculis, vultus gravitate, ac fusco colore erat, familiaresque sermones urbanis salibus condiebat acutus homo. Ego non paucos animadverti nunquam minus operosos esse, quam cum sunt operosi. At ille, ut de Scipione ferunt, longa consuetudine ob-

tinu-

seminario prendeva, che pria d'essere dalla malattia mortale sorpreso, la quale poi la vita gli tolse, domandò dalla clemenza del Pio Monarca Ferdinando di potergli lasciare la scelta sua biblioteca.

Curava il pubblico comodo de' Cittadini, e l' ornamento della Città. Fece ristaurare, prolungare, e d' alberi da un lato, e l' altro adombrare la strada, che nomasi di Venera, l' altra assai spaziosa dalla parte opposta, che conduce a Palermo, spianar fece sull' aspro dorso del monte, adornare d' alberi similmente a dritta norma piantati, di fontane, simulacri, ed iscrizioni marmoree elegantemente con somme spese. Per lunghi tratti, e giri di vie fece venire l' acque, che mancavano nella parte superiore della Città, e così ottimamente provvide all' onestà delle donzelle, che ne' luoghi inferiori andavano ad attignerle. Se ti piace, o Lettore, contemplare la succinta immagine del corpo, e i suoi lineamenti, d' alta statura era, d' ampia fronte, di vivaci occhi parlanti, di grave aspetto, di fosco colore, e uomo, qual era, d' acuto ingegno, i suoi famigliari sermoni d' urbani sali, e leggiadri motti condiva. Ho io osservati molti non esser mai meno affaccendati, che quando sono pieni di faccende. Ma egli, come di Scipione

pione

tinuerat, ut ne otium quidem otiose consumeret. Non mensam, non deambulationem vacare lectione patiebatur. Fere semper librum aliquem politioris doctrinæ in manus mihi tradebat, meque vel in curru legentem lubenti audiebat animo. Quasi ingruentem morbum, & proximam mortem præsensisset, ad Regis Administrum misit Epistolam, qua se ab omni dignitate, & tam amplo sacerdotio abdicaturum Rege annuente scripserat; neque ad victum quotidianum pro reliquo suæ vitæ tempore ex tot suæ Ecclesiæ reditibus plus viatici petiit, quam quod privato, moderatoque ecclesiastico viro satis esset. Sed frustra.

Invadente interim morbo internis doloribus cœpit affligtari, qui diu, multumque defatigatum corpus extenuarunt. Ægritudinem tamen tam molestam satis æquo, & forti animo pertulit. Ut plerique omnes vividi ingenii homines, paullo biliosior natura cum esset, ita se ipsum edomuit, ut inditos ignes perpetua patientiæ exercitatione non compescuisse, sed prope extinxisse videretur. Lectulo denique prostratus, quo decubuerat loco, quin vestes præ doloribus posuerit, multos jacuit dies. Divinum officium,

pione si narra, erasi da lungo tempo avvezzato a neppur consumare l' ore d' ozio oziosamente. Non la mensa, nè il passeggio, permetteva, che fusse senza lettura. Quasi sempre mi dava in mano qualche libro di più colta dottrina; e m' ascoltava anche in carrozza a leggere volentieri. Come avesse la soprastante malattia, e prossima morte antiveduta, inviò lettera al Regio Ministro, in cui scriveva di volere col consenso, e licenza del Re rinunziare ad ogni dignità, e a così ricco Arcivescovato; nè domandò per vitto cotidiano nel resto del tempo della sua vita di tante rendite della Chiesa, altro, se non quello, che bastar potesse ad un semplice, e privato uomo Ecclesiastico. Ma indarno.

Frattanto assalendolo il morbo, cominciò a patire interni dolori, che gli emaciarono il corpo da gran tempo affaticato. Sostenne però tale infermità cotanto molesta con lieto, e forte animo. Come son quasi tutti gli uomini di vivace ingegno, essendo per natura un poco più bilioso, così domò se stesso, che pareva coll' esercizio continuo di pazienza avere l' ingenito fuoco non solo raffrenato, ma quasi spento. Steso finalmente sul letticciuolo in quel sito medesimo, in cui s' era corcato, senzachè avesse per li suoi dolori po-

tuto

quum per adversam valetudinem liceret, recitabat, aut recitantem audiebat, & imminentem mortem meditabatur, psallebat; ita ut mihi videretur Cycnea cantatio sub exitu vitæ. Verbum quidem nullum protulit, quo dolores lamentaretur acerbos, ne afflictis, ut ipse ajebat, familiaribus afflictionem adderet, vel molestus esset, nunquam sua animi æquabilitate dejectus; nullum, quo vitæ longioris desiderium ostenderet, malletque aliud, quam quod Deus ipse, vitæ, necisque Dominus constituisset; imo Deum orabat, ut *hic ureret, hic secaret, hic non parceret, ut in æternum parceret*. Polypo morbo jam diu in præcordiis, & vitio jecoris laborans, doloribus prostratus, humanarumque rerum tædio affectus, elutis animi sordibus, ac petita ab omnibus circumstantibus venia colloquio, quod lacrymarum vim nobis excussit, Divinum Christi corpus quasi pro viatico petiit, religioseque accepit. Quum denique in postremo vitæ agone se constitutum ab suo a confessionibus cognovisset, *sit nomen Domini benedictum*, exclamavit; sacro-

que

tuto deporre le vestimenta, sen giacque molti dì. Recitava il divino officio, quando l' infermità gliel permetteva, o ascoltava chi il recitasse, e l' imminente morte meditava, salmeggiava, che mi parea sentir cantare il cigno verso il fine di sua vita. Niuna parola in vero profferì, che lamento suonasse de' suoi dolori acerbi, per non aggiugnere, come egli diceva, afflizione agli afflitti famigliari, ed essere loro grave, e molesto, senza perder la sua ugualità d' animo giammai; niuna parola, che desiderio mostrasse di più lungamente vivere, ed altro volesse fuor di ciò, che Dio Signore, arbitro della vita, e della morte avesse stabilito; anzi pregavalo di affliggerlo quaggiù, di percuoterlo, di non perdonargli in questo basso mondo, purchè gli perdonasse nell' altro eterno. *Avendo già da buona pezza il male del polipo nel cuore, e il vizio nel fegato, abbattuto, rifinito da' dolori, e preso da noja delle cose umane, lavate nel sacramento della penitenza le macchie dell' anima, e chiesto perdono ai circostanti con un colloquio, che ci ha fatto a cald' occhi piangere, domandò, e religiosamente prese il Santissimo Viatico. In fine dal suo Confessore sentendo, che già era nell' ultima agonia*, sia benedetto il nome del Si-

 gnore,

que oleo delibutus, summo suorum luctu, & bonorum omnium mærore diem obiit XVI. Cal. Junii hora decima tertia matutina, ætatis suæ annorum LXIX. vertente anno MDCCLXXIII.

Condito de more balsamis corpore, illud pontificalibus indutum vestibus XIV. Cal. Junii in magna fuit Episcopii Aula expositum; eique officia mortuorum decantata, & postridie Missarum sacra celebrata. Qua fieri potuit, solemniori pompa elato in majori templo XII. Cal. ejusdem mensis Regii Patrimonii expensis illi parentatum est; quum ipse pauper, ut vixerat, mortuus sit, & sine testandi, aut disponendi facultate, ut Pontificem decet. In funere orationem de ejus laudibus habuit e familia Scholarum Piarum vir eloquens Camillus de Maria. Quum justa solverentur, pro suo erga Præsulem amore, & observantia interfuit piissimus Siciliæ Prorex Folianius, suaque præsentia exequias honestavit. In tanto casu dolorem cohibere haud potuit optimus hic, & præstantissimus Princeps, publico bono natus, Regni præsidium, decus, & ornamentum, cujus in rebus agendis consilium præsens, in prosperis moderatio, in adversis animi magnitudo, & virtus spectata in omni genere est. Ipse ut

sapi-

gnore, *esclamò; e ricevuta l' estrema unzione, con sommo pianto de' suoi, e dolore di tutti i buoni, morì addì* 17. *di Maggio ad ore* 13. *di mattina, in età d' anni* 69. *volgendo l' anno* 1773.

Imbalsamato il di lui corpo giusta il costume, vestito Pontificalmente ai 19. *di Maggio fu esposto nella gran sala dell' Episcopio, e gli furon cantati gli officj de' morti, e al dimane celebrate le messe. Colla più solenne, e magnifica pompa, che fusse possibile, portato a seppelliro ai* 21. *dello stesso mese nella sua Cattedrale a spese del Reale Patrimonio gli furon fatte l' esequie, essendo egli morto, com' era vissuto, povero, e senza facoltà di testare, o disporre, come al Vescovo conviene. In sua laude recitò l' orazione funebre l' eloquente Religioso delle scuole pie Camillo de Maria. Al funerale intervenne il piissimo Vicerè di Sicilia Marchese Fogliani, e l' esequie onorò di sua presenza per l' amore, e la stima, che al Prelato portava. In tanta sventura non potè rattenere il dolore quest' ottimo Eccellentissimo Principe, nato al pubblico bene, sostegno, gloria, e pregio del Regno, il di cui pronto consiglio nell' operare, la moderazione nelle cose prospere, e grandezza d' animo nelle avverse, e la vir-*

ſapiens ſapientem, ut integer integrum diligebat, ut pius pietatis cultorem, ut de communi noſtra felicitate ſolicitus de re Sicula optime meritum colebat, ut tota vitæ ratione laudatiſſimus laudatum Præſulem benevolentia proſequebatur.

Hujus caſti Pontificis cadaver in ſacello ſui majoris Templi Divo Benedicto ſacro a dextero altaris latere jacet tumulatum. Ita tam illuſtre, tam ſplendidum Patriæ, & Siciliæ lumen obſcuratum eſt; Sacerdotium Monregalenſe proſtratum. Quantum præſidii ad humana, & Divina omnia in unius hominis morte amiſimus, lacrymarum pleni fatemur omnes. Montisregalis Eccleſia ſacrorum Præſidem, Sicilia Religionis Cuſtodem; Reſpublica litteraria litterarum Cultorem, Patronum, Parentem optimum amiſit. Jacet nunc totius Diœceſis Populus ingentis jacturæ memoria afflictus. Mœrent ſacrorum Miniſtri præteritorum memores. Ejulat egentium puellarum, ac viduarum turba. Litteræ, ac diſciplinæ tam ſecura ſpe deturbatæ ſibi metuunt, Ipſe vero poſt obitum non

huma-

tù in ogni genere è nota. Egli come di sapienza, e d' integrità adorno amava il sapiente, e l' integro, come pio il coltore della pietà, e come sollecito della nostra comune felicità avea in estimazione il benemerito delle cose Siciliane, e come lodatissimo in tutto il tenore della sua vita al Prelato degno d' ogni lode era affezionato.

Il Cadavere di questo Santo Arcivescovo giace nella cappella di S. Benedetto della sua Cattedrale al lato destro seppolto. Così si è spento il lume cotanto chiaro, e splendido della Patria, e della Sicilia; l' Arcivescovato di Monreale abbattuto. Quanto di sostegno a tutte le umane, e divine cose nella morte d' un solo perdemmo, cogli occhi pieni, e molli di lagrime tutti lo confessiamo. La Chiesa di Monreale ha perduto il Preside delle cose sacre, la Sicilia il Custode della Religione, la Repubblica letteraria l' ottimo Coltore, Protettore, e Padre delle lettere. Giace ora il Popolo di tutta la Diocesi sulla memoria della gran perdita afflitto. I Sacri Ministri memori de' preteriti suoi fatti sono dolenti, e squallidi. Piange la turba delle povere donzelle, e vedove. Le lettere, e le discipline da così bella, e sicura speranza cadute per se stesse temono.

humanis tantum laudibus, ſed prope ſuperum voce, ac prodigiis jam celebratur; nec unquam memoriæ ejus deerunt laudatores, dum litteris, & virtuti ſtabit honos. Neque nos prorſus deſeruiſſe dicendus eſt, qui commentarium de vita Federici II. Siciliæ Regis, opus perfectum ingenio, elaboratum induſtria nobis reliquit; cujus tot præclare geſta, ſcriptaque manent.

Hoc opus poſthumum litterati homines non expectarunt ſolum, ſed poſtularunt. En inter alios quid ad me ſcripſit Vir clariſſimus Hieronymus Ferrius eloquentiæ, & antiquitatis in celebri Ferrarienſi Accademia Anteceſſor ſuis litteris nuperrime datis Lonzani XVII. Cal. Septem: *Proregi Folianio bene ſit, qui propoſitum ſuum tenens opus de Federici II. vita intermiſſum ad umbilicum te curante perduci jubet. Ego avidiſſime expecto: quod ubi acceperim, & auctoris in me animi tamquam monumentum, & Syneſii amicitiæ tanquam prædem, & Folianii in bonas litteras patrocinii tamquam teſtimonium habebo.* Altera & ipſe Ferrius lacrymis conſcripta epiſtola ad me data Ferrariæ nonis Junii, ac ſuaviſſimis verſibus doluit caſum acerbiſſimum, quo ducem, patronum, Mœcenatem Teſtam am-

plius

mono Ma egli già dopo la morte, non ſolo dalle lodi degli uomini, ma quaſi dalla voce del Cielo, e da prodigj è celebrato; nè alla di lui memoria giammai mancheranno i lodatori, finchè la virtù, e le lettere ſaranno in pregio, e lodate. Nè è da dirſi, che ci abbia totalmente abbandonati colui, che ci laſciò il ſuo Comentario della vita di Federigo II. Re di Sicilia, opera d' ingegno perfetta, e con induſtria limata; e di cui ci reſtano tanti egregj fatti, e ſcritti.

Queſta opera poſtuma non ſolo aſpettarono i letterati, ma domandorono. Ecco tra gli altri ciò, che a me ſcriſſe il Chiariſſimo Abate Girolamo Ferri Profeſſore d' Eloquenza, e di Antichità nella celebre Univerſità di Ferrara con ſua freſca lettera in data di Lonzano addì 16. dello ſcorſo Agoſto. Dia il Signore ogni bene, e il buon die al Vicerè Fogliani, che perſiſtendo nella prima riſoluzione comanda, che l'opera interrotta della Vita di Federigo II. ſia al felice termine per tua cura condotta. Io con ſomma avidità l' aſpetto, la quale quando avrò ricevuta, terrolla come uno monumento dell' animo dell' Autore inverſo di me, come una ſicurtà dell' amicizia di Sineſio, e come un teſtimonio del patrocinio di Fogliani verſo

plius in vivis non censemus. *Quam*, ait ille, *ob fallacem expectationem meam! de vestra, de nostra, de communi calamitate Romae nunciatum, quae merito quereretur tanto in Praesule jacturam maximam fecisse & rem Christianam, & litterariam, iis amissis ornamentis, & praesidiis, quae non tam facile compensari possint*. Hic volupe mihi est de laudatis carminibus pauca proferre ad nostri doloris levamentum.

Nemo tamen magis indoluit, quam Ferrius, illo
Sublato. Reliquum quid sibi consilii,
Praesidii, decoris? Spes concidit omnis in uno.
Phoebe vale; frustra culta Minerva, vale,
Carmina quid prosunt, quid sacras suada per artes
Edocta insuetis ire, redire modis?
Non sua labentem pietas, non infula texit:
Improba mors tantum, proh dolor! ausa scelus!

Luget & nunc Bibliotheca publica Panormitana, jam diu, multumque desiderata, cujus

pro-

le buone lettere. *Con altra pistola scritta con lagrime inviatami da Ferrara addì 5. di Giugno, e con dolcissimi versi ei pianse l' infortunio acerbissimo, per cui non contiamo più nel numero de' viventi la Scorta nostra, il nostro Protettore, e Mecenate Testa.* Quando, *dice egli*, oh mia fallace aspettazione! arriva la nuova della vostra, della nostra, e della comune sventura in Roma, che giustamente dolevasi di avere la Repubblica Cristiana, e letteraria fatta nel Prelato una grandissima perdita, essendosi perduti quegli ornamenti, e presidj, che non si possono tanto agevolmente compensare. *Quì mi piace produrre pochi de' lodati versi in alleggiamento del nostro dolore.*

Nessun però tanto si dolse, quanto
Il Ferri, morto lui. Che di consiglio,
Di presidio, e d' onor gli resta al mondo?
Ogni speme in un sol caduta è in fondo.
Apollo, addio. Minerva indarno colta,
Addio. Che più giovano i versi, e giova
L' alma diva Eloquenza industre, e dotta
Di gire, e ritornar per le sacr' arti
In varia tempra, inusitata, e nova?
Non Mitra, o sua pietà gli porse aita,
Nè gli fe scudo in vacillar sua vita.
Morte crudele, ahi lasso! ardì cotanto.

Pian-

promovendæ inter alios ad ſtudiorum præſidium, ac ejus Principis Urbis gloriam, & ornamentum auctor fuit. Extant tamen ſuæ in eam fidei, & clientelæ monumenta in duabus marmoreis tabulis, in quarum una inſcriptionem de ipſius Bibliothecæ inſtitutione, & in altera leges nitide, & eleganter ipſe exaravit. Ita aliena, ut ſua, ornare ſtudebat, curabatque, ut pro ſuo quiſque inſtituto proficeret. Reſtat, ut unam, & alteram Inſcriptionem referam, in ejus funere exaratas, & jam in Ephemeride Florentina editas num. 28. Col. 442. 443. elapſo anno MDCCLXXIII.

Inſcriptio ad januam majoris Templi.

Franciſco Teſtæ Patritio Herbiten.
Pontifici primum Syracuſ.
Deinde Monregalen.
Supremo Fidei Quæſitori,
XIIviro Regni Siciliæ,
Paſtori Sanctiſſimo,
Et de Eccleſia, de Regno,
Deque Litteraria Republica
Optime merito
Juſta

In-

Piange or pure la Biblioteca pubblica di Palermo, da molto tempo desiderata, la quale e' fu de' primi fra gli altri a promuovere in ajuto degli Studj, e a gloria, ed ornamento di quella Capitale Città. Restano però della sua protezione inverso di essa i monumenti in due tavole marmoree, in una delle quali v' ha la sua iscrizione dell' erezione della stessa Biblioteca, e nell' altra le leggi con nitidezza, ed eleganza da lui descritte. Così le cose altrui, come le proprie, ingegnavasi di abbellire, e proccurava, che ciascuno secondo il suo instituto s' approfittasse. Mi resta a riferire l' una, e l' altra Iscrizione fatte nella sua morte, e già pubblicate nelle novelle letterarie di Firenze al num. 28. Col. 442. 443. dell' anno scorso 1773.

Iscrizione posta alla porta della Cattedrale.

A Francesco Testa Patrizio di Nicosia,
Prima Vescovo di Siracusa,
Poi Arcivescovo di Monreale,
Supremo Inquisitore,
Deputato del Regno di Sicilia,
Pastore Santissimo,
Benemerito della Chiesa, del Regno,
e della Repubblica Letteraria,
Esequie.

Iscri-

Inſcriptio ad Feretrum

Franciſco Teſtæ,
Pontifici Monregalen.
Viro ad virtutem nato
In communi totius Regni luctu
Hoc Monum.
Ponimus.
Vixit annos LXIX. dies VI.
in Pace.

FINIS.

Iſcrizione al Feretro.

A Franceſco Teſta,
Arciveſcovo di Monreale,
Uomo nato alla virtù,
Nel comun pianto di tutto il Regno.
Queſto Monumento
Poniamo.
Viſſe anni *69*; e giorni 8.
In pace.

IL FINE.

Errori	Correzioni
pag. 9. comparsa	comparsa, l' uno ministro delle cose sacre, e l' altro della giustizia.
pag. 37. f. cui	a cui
pag. 37. au picciola	fu picciola
pag. 47. dommi	dogmi
pag. 63. Corleone sua	Corleone di sua
pag. 84. mærore	mœrore
pag. 84. expofitum	expositum
pag. 85. seppelliro	seppellirlo

Errata		Corrige
pag. XX. Joannem Grimaldum	]	Franciscum Grimaldum
pag. XXI. judicim	]	judicium

Errata	Corrige
Pag. VIII. legatiæ	] legationis
Pag. 40. Cardinalis Francisci Archiepiscopi nomine	] ad Cardinalem] Farnesium Ar-] chiepiscopum] datæ
Pag. 43. sotto il nome	] diretta al nome
Pag. 52. ad annum	] ad triennium
Pag. 53. più d' un anno	] più d' un trien-] nio.
Pag. 88. lonzani	] longiani